



C



G Magni Basilei

opusculum morale ad pueros: ex
Leonardi Aretini viri eloque
tissimi translatione latinū
redditum: cui ex in
dustria in quibus
dam locis in
margine
appo-
sitę
sunt perutiles
adnotationes Frede-
randi pinciani viri eruditif-
simi ad gręcam veritatem restitutę.



LEONARDI ARETINI *vir* laudatissimi ad Col
lutiū oratorem in magni Basilei libellū. Præfatio.



Go tibi hūc librū Colluti ex medita/vt aiūt/
græcia delegi: vbi eiusmodi rerū magna
copiā ē/ & infinita pene multitudo. Nec veri
t⁹ sum ne abs te vt parū liberalis ac sanē in
grat⁹ accusar er: si ex tāta abūdātia hoc tā par
uū mun⁹ ad te mitterē. Nec em̄ id nunc ago:
nec ita amēs sum/vt existimē hac tātula re summs tuis erga
me officijs satisfacere posse. Sed vt mercatores solēt degusta
tionē aliquā rerū venalīū accipere: q̄ facili⁹ de illarū emptio
ne deliberare queāt: sic ego cū cuperē pro tuis singularibus
meritis sūmaq; ī me beneuolētia qcqd mea opera/labore:
industria efficere possem ī te vnū cōferre: hūc tibi librū trā
scripsi quasi degustationē quādā studioꝝ meoꝝ: q̄ si tibi do
ctissimo hominī pbata esse sensero: maiori cū fiducia dein
ceps aggrediar tuo grauissimo atq; optio iudicio confirma
t⁹: & iā nō paruis munusculis: sed maiorib⁹ tecū agā: quāq;
id qd de muneris paruitate supra dixi: nō ad librū ipsum:
sed ad cōuertēdi laborē referri volo. Nā & si liber p se breuis
est: tm̄ tamē pōderis ei adīcit nomē Basilei/vt magn⁹ puta
ri debeat autoritate scribētis. q̄ quidē apud græcos tāta est/
vt & seueritate vite: & sanctimōia moꝝ: & præterea optima
rū artū studio: sacrarūq; litterarū doctrīna ceteris ferme oi
b⁹ extimē p̄cellere. Sed cū sint p̄multi atq; inclyti libri:
quos ille accuratissime scriptos reliquit: nos in p̄sentia hūc
potissimū delegim⁹: q̄ maxie eū cōducere ad studia nra ar
bitratī sum⁹. atq; ideo libēt⁹ id fecim⁹: q̄ autoritate tāti vi
ri ignauā ac peruersitatē eoꝝ cupiebam⁹ refrigerare: q̄ studia
humanitatis v̄tuperāt: atq; ab his omnino abhorrēdū cē
sent: qd̄ his cōtingit fere: qui ea tarditate ingenis sunt/vt ni
hil altū: nec egregiū valeāt intueri: qui cū ad nullā partē hu
manitatis aspirare ipsi possunt: nec alios quidē id debere fa
cere arbitrant. Sed hos cū sua ignorātia relinquamus: nec
enim digni sunt de quib⁹ verba fiāt. Et iā Basileū ipsum au
diām⁹: in quo animaduerte quæso quāta grauitas sit,

Magni Basilei perutiles

demoribus institutiones ad dulcissimos nepotes: quatenus humanitatis studiis imbuantur foeliciter incipiuntur.

In greco ē pro-
t'neus.
qđ ē ad
pueros:
nō ad ne-
potes.



MULTA SVNT FILII quæ hor-
tantur me ad ea vobis cōsulenda: quæ opti-
ma esse duco: quæq; vobis: si illa se quam i-
ni: profutura confido. quippe & eiusmodi
ætas: & multarū rerū vsus/ & in super q̄ om-
nia maxime docet: in vtrāq; partem muta-
tiones satis esse expertum: humanarum rerum me fecere pe-
ritum. Itaq; possum his qui nuper vitā ingressi sunt: quasi
viam aliquam qua tutissime proficiantur ostendere. acce-
dit ad hoc / q̄ naturali necessitudine me post parētes nemo
est vobis propinquior. Quāobrem ego quidem erga vos
non minus benevolentia habeo/ q̄ ipsi parentes. vos autē
puto/ nisi forte me vestra mens fallit/ cū me intuemini: parē-
tum desiderio haud qua q̄ moueri. Si igitur quæ a me dicen-
tur: ea vos suscipere ac sequi parati estis: in secundo eritis or-
dine laudatorū apud Hæliodū. Si minus: ego sane nihil mo-
lestū dicā. Vos autē meministis carminū illorū: in quibus il-
le poeta inquit/ optimū illū esse: qui p̄ seipsum q̄ agēda sint
cōspicere. Sequenti autē gradu: qui aliorū cōsilia sequeretur.
Qui vero ad neutrū horū aptus esset: eū penitus esse inutile.
Nec vos vlla admiratio teneat: si quotidie ad magistros eū
tibus vobis: veterūq; virorū & ingenio & doctrina p̄stititū
per ea q̄ illi scripta reliquere/ cōtinuū vsū & familiaritatē
habētibus: ego aliquid vtilius ex meipso inuenisse p̄fitear.
Equidē hoc ipsum moniturus venio: nō oportere vos eius-
modi viris ita mētis vestra gubernacula permittere/ vt qua-
cūq; ducāt/ ea sequamini. Sed id dūtaxat: qđ vtilitatē affert:
ab illis accipientes: scire etiā si sit opus cōtemnere. Quæ igit
tur ea sint: & quēadmodum discernantur: id itā vobis aperia-
hinc fumen sinitū. Nos quidē o filii hanc humanā vitam
nihil omnino esse arbitramur: nec bonū quicq; existiman-
dū censemus neq; appellandum: quod vtilitatem hucusq;

Sicut.
In gre-
co ē qđ
sit.

suppeditet. nō itaq; dignitatē: nō amplitudinē maiorū: nō
corporis vires: nō formā: nō magnitudinē: nō acūtis hoī
bus habitos honores: nō ipsum imperiū: non quicqd dici
potest in hac vita excellēs. Sed lōgius n̄c procedūt spes: &
ad alterius vitæ preparationē cūcta molimur. q̄ igit̄ ad hāc
vitā cōferāt: ea nos totis virib⁹ optāda querēdaq; esse arbita
mur. Quæ vero illuc usq; peruenire nequeūt: vt nullius mo
mēti despiciēda. Quæ etiā tamē ista sit vita: & quo pacto illa
viuatur: id sane ostendere plus negocii esset: q̄ nos in præ
sentia susceperim⁹: maiores etiā auditores q̄ ipsi nūc estis
ad percipiēdum requirit. hoc solum si dixerō: satis abunde
dixisse putabo. Si quis omnē post creatos hoīes fœlicitatē
mente cōcipiat: simulq; in vnū cōgerat vniuersam: ne par
uam quidē partē illorū bonorū adæquare cōperiet: sed ami
nimo illius vitæ bono oīa humana simul collecta magis
abesse/ q̄ vmbra & somniū a veris rebus. Immo vero (vt p
priori vtar similitudinē) quāto in omnī re preciosior est aīa
q̄ corpus: tanta vtriusq; vitæ differētia est. Ad hanc porro
vitam sacri ducunt sermones/ per occulta nos erudiētēs. Do
nec tamē profundū illorū sensum per etatē nobis percipere
posse nō licet: in aliis nō omnino diuersis quasi in vmbri
s quibusdā speculisq; oculos mētis exercere debem⁹/ eos imi
tātes: qui ad certamē se cōparāt. qui & saltu & motu manū
in ludō exercitati: calidi⁹ deinceps in certamē descendunt.
Et nobis profecto certamē quoddā incūbere putādū est: &
quidē oīm certaminū maximū: cui⁹ gr̄a cūcta tentāda sunt:
& totis viribus incūbendū ad huiuscemodī rei p̄parationē
& poetis & oratoribus & scriptorib⁹ cæteris: oībus deniq;
hoībus inherēdū: vnde nobis ad ingenii exercitacionē aliq̄
sit accessura vtilitas. Velut igitur hi qui tingunt cum primo
quibusdā modis id qd̄ colorē recepturū sit p̄pararūt/ tandē
postea florē superinducūt siue purpureum siue quēuis aliū
eodem nos itidem modo: si vt indelebilis sit apud nos pro
bitatis sentētia cupimus: cum his extraneis disciplinis fue
rim⁹ imbuti: tūc sacris & occultis operā dabim⁹: & quasi so
lē in aqua prius videre assuefacti: ad ipsam lucē dirigemus

intuitum. Si qua igitur conuenientia vtriusque sit: perutilis nobis erit talis cognitio. Si autem nulla sit/ ea tamen adinuitum conferre: & in quo differant internoscere: non parum nobis fructus praebebit ad potioris confirmationem. Sed qua similitudine utemur ad hanc rem ostendam: Nepe ut platea propria virtus est fructum producere: afferunt tamen aliquae ornatae & frondes ipsae circa ramos diffuse: ita perfecto & aere precipuus fructus quidem est veritas: non inamoenum tamen est hac extranea circumdari sapientia: quae tanquam frondes quaedam & fructui tegmen praebent: & speciem intuentibus letiorem ostendat. Hoc fecisse autem Moysen illum summa prudentia virum: cuius apud omnes gentes maximum est in sapientia nomen: qui non prius ad dei contemplationem accessit quam aegyptiorum disciplinis mentem exercuisset. Haec eadem fecerunt de Daniele sapientis: cum apud Babylonios chaldeorum sapientiam imbibisset: postea rerum diuinarum attigisse doctrinam. Sed iam factis abinde demonstratum est: non inutile esse mentibus nostris hanc extraneam scientiam. Nunc vero quo pacto illa nobis accipienda sit dicendum videtur. Primo igitur ut a poetis incipiamus: cum illi varii multiformesque sint: non omnibus quae ab ipsis dicuntur adhibenda est mens. Sed cum excellentium virorum facta aut dicta commemorant: tunc tota mente moueri atque inflamari debemus: maximeque conari: ut tales ipsi simus: quales ipsi fuere. Cum vero in improborum hominum mentionem incidunt: fugienda est illorum imitatio: auresque claudendae non secus atque ipsi ferunt Vlixem ad Sirenum cantus. Praeuarum enim confabulationes via quaedam sunt ad facinora. Quam obrem omni diligentia curandum est ne inter illam quam plerumque sermonis habent festiuitatem: latenter aliquid admittamus mali/ ut hi qui venena melle permixta absorbent. Non igitur laudabimus poetas: neque cum iurgia referunt: neque cum scurras aut amentes: aut ebrios: aut dicaces imitantur: neque cum diuise mensa: cantuque dissoluto foelicitatem describunt. minime vero cum de diis aliquid dicunt: & maxime cum de his ita narrant: quasi plures sint atque discordes. Nam apud eos & frater in fratrem coniurat: & parentes filijs: & filii parentibus inferunt bella. Deorum vero adules

ria atq; amores & scelestos cōcubīt: & eos maxie summi ac
 princípis oīm/vt illi afferūt/Iouis: q̄ nec de pecudib⁹ quidē
 sine rubore qs diceret: hīs relinq̄imus: q̄ in scena x̄san̄t. Hæc
 eadē dicēda sunt & de ceteris scriptorib⁹: & tūc maxie cū ad
 voluptatē loquunt̄. Sed nec orator: in mētiedo artē imitabi
 mur. Nec em̄ in iudicio: nec vsq; alibi mētiri nos decet: qui
 rectū ac verū iter vitæ legimus: qb⁹ interdīcta sunt iudicia le
 gis p̄cepto. Sed tūc maxie oratores aplectemur: cū aut virtū
 tē extollūt: aut vitia effulmināt. Vt em̄ ex florib⁹ ceteri qui
 de nihil sumūt præter odorē atq; colorē: apes x̄o etiā mella
 inde sciūt excerpere: ita qui nō solā verborū festiuitatē sequ
 untur: fructū aliq̄ue excipere possunt. Sed qm̄ in apū mētio
 nē incidim⁹/psequamur hāc similitudinē. Ille em̄ nec om̄es
 pariter flores adeūt: nec si quos adeunt: eos totos assumūt:
 sed eo solo ablato: qd̄ operi suo aptū sit: reliquū omne vale
 re sinūt. Et nos quoq; si sapim⁹: cū id excerpserim⁹ qd̄ veris
 tati amicū cōsentaneūq; sit: cætera oīa trāsgrediemur: & ves
 lut in rosis legēdis sentes vitam⁹: ita quantū vtiliter scriptū
 est accipiētes: reliqua q̄ nocere possunt declinabim⁹. Princi
 pio igit̄ disciplinarū quālibet cōsiderare oportet. & ad finē
 dirigere: lapides ad filū Dorico puerbio redigētes. Et qm̄
 ad hāc nostrā vitā per virtutē ascendit: virt⁹ autē ipsa multū
 a poetis: multū ab historicis: multo & magis a philosophis
 laudat̄: eorū verbis maxie est in hærēdū. Nec em̄ parū ha
 bet vtilitatis cōsuetudo qd̄a & familiaritas virtutū mētib⁹
 iuuenū animisq; infusa: cū maxime in hærere soleāt: & pene
 indelebilia esse q̄ in tenera ætate discunt̄: propter annorum
 mollitiē pfunde inusta. & quid aliud Hesiodū voluisse pu
 tandū est/cū illa scripsit carmina: q̄ vniuersi decātāt. Aspera
 (inquit) primo & pene iūua: & sudoris cōtinuit̄: & labor̄ ple
 na est via: q̄ ad virtutē ducit. Quāobrē nec cuiusuis est pro
 pter arduitatē illā capeffere: nec capeffenti facile ad cacumē
 euadere. Sed vbi id superaueris: ex eis fastigio videre licet: vt
 via illa lenis sit & pulchra: vtq; expedita & facilis: & lōge io
 cūditor q̄ altera/q̄ ad vitia ducit. quā vniuersam simul arri
 pi posse idē poeta testat̄. Mihi quidē videt̄ nihil ob aliud q̄

Inusta.
 In gre
 co ē enī
 mēome
 na. qd̄ ē
 insigni
 ta siue i
 pressa.

vt nos virtutē probitatēq; adhortare ista dixisse: ne labori
 b⁹ victi ante finē desisterem⁹: Sed & si qs ali⁹ similiter virtu
 tē laudauerit: ei⁹ sermones prōptissime recipiem⁹. Ego autē
 e quodā viro qui ad inuestigādas poetarū mētes acutissim⁹
 hēbat: audiui cū diceret totā Homeri poesim laudē esse vir
 tutis: oīaq; illi⁹ poetę huc tēdere: nisi si qd iterdū incidēs sit:
 verū in eo loco vel maxie id patere confinxit: Cephale norū
 ducē naufragio electū tm̄ abfuisse/vt illos qb⁹ & solus & nu
 dus apparuit verecūdia aliq̄ auerteret (qñ quidē pro vestib⁹
 virtute illū dixit ornatū) vt primo regina eū reuerita sit: deī
 de reliq̄ pheacū multitudo tāti putauit/vt relictis epulis qui
 b⁹ cōmessabant: vnū illū cūcti intuerent: nullū q; eorū esse
 qui eo tpe magis quicq; a diis optaret/q; Vlixē fieri: quāq;
 & nudū & naufragū. Aiebat ille poetarū interps hoc i loco
 Homerū clara voce clamare: o hoīes sit vobis cura virtutis: q̄
 & cū naufrago simul enatat: & i littore nudū electū fortuna
 tis Pheacib⁹ venerabiliorē oñdit. & pfecto ita res ē. Cetera
 oīa nō magis possidētū sunt: q; cuiusq; vt i talari ludo huc
 illuc trāseūtia. Sola virt⁹ & viuēt & mortuo stabilis ē & fir
 ma possessio. Qua rōne mot⁹ mihi videt Solō: cū inqt ad
 diuites. At nos nō pmutabim⁹ cū virtute diuitias: qm̄ virt⁹
 firma ē: diuitias vero alias ali⁹ possidet. Similia hīs sunt & a
 Theognide dicta: q inqt deū (quēcūq; tadē is senserit) varie
 hoīb⁹ talētū appēdere: alio em̄ tpe diuitiis affluere: alio ni
 hil possidere. heceadē fere a pdico sophista qdā in loco suo
 rū librorū de virtute ac vitis sapiētissime scripta sunt: cui qui
 dē prestādæ sunt aures: neq; em̄ spernēd⁹ est ille vir. Is vero
 ita inqt/quātū ego memini: nā ei⁹ vba nō teneo: nisi q sine
 metro sic ait. Hercule cū is adolescēs esset vīæ ferme ætatis:
 diu secū multūq; dubitasse vtrā vitam caperet: cū duas vide
 ret: vnā voluptatis: alterā virtutis. inter ambigēdū autē duas
 accessisse matronas: has vero eē & virtutē & maliciā: statim
 quidē igit & si illæ silerent: manifestā fuisse diuersitatē illa
 rū: videri enim alterā accuratissime ornatā: fluētē delitiis &
 oīm voluptatū examē post se trahēt: hæc itaq; oīa ostētātē:
 & multo etiā plura pollicētē secū trahere: Hercule tentauit

Doctarū .i. gre
 co ē. poe
 te singu
 lari nūe
 ro dictū
 d home
 ro p emi
 nentiā.

In gre
 co ē talā
 tō. quod
 nos tru
 tinā siue
 lancē in
 terptari
 debem⁹
 siue talē
 tū: vtrū
 q; enīz si
 gnificat
 sed hoc i
 loco tru
 tinam.

se. Alterā vero asperā & durā seuereq; in tuētē talia contra di
 xisse: polliceri se nec voluptatē aliquā: nec quietē: sed labor
 res: pericula: sudoresq; infinitos terra mariq; tolerādos: pre
 miū aut illorū fore (vt illa aiebat) deū fieri. & hanc demum
 Hercule secutū fuisse dicit. Et fere oēs: qui modo aliquid in
 philosophia scripsere/vt qsq; maxime potuit: vtutē lauda
 uerūt: qb? sane credēdū est: conādūq; vt in vita nra id offer
 dam? nā quisqs ea q̄ alii p̄dicāt & v̄bis dūtaxat philosophā
 tur/reb? ipsi affirmat: is v̄e sapit. ceteri velut vmbrae volt
 tāt. nec sec? ea res se habet/ q̄ si p̄ctor egregiā viri formā imi
 tat? sit: hic aut re vera talis existat: ql̄ ille in tabula exp̄sserit.
 Qui em̄ virtutē in coetu hoīm laudāt āplissimiq; v̄bis ex
 tollūt: ipsi vero & libidinē tēperātā: & q̄stū iusticię antepo
 nūt: hi mea sentētia nihil differūt ab histronib?: q̄cū poe
 mata in scena agūt sepe vt reges: vel vt potētes p̄deūt: cū ne
 q; reges sint: neq; potētes: neq; oīno forsitā liberi. Atq; mu
 sic? quidē (si id vitare v̄llo mō pōt) nunq; patit̄ lyrā sibi dis
 sonare: neq; chori p̄iceps incōcinuū sibi chorū h̄fe: ipse v̄o
 quippiā secū dissidēbit: neq; vitā cōsentaneā verbis p̄stabit:
 sed Euripide autore lingua quidē iurasse dicit: mētē vero in
 iuratā māsisse: & bonū videri quā eē magis cupiet. At hic est
 vltim? iniurię termin? (si qd credere oportet Platoni) bonū
 videri: cū nō sis. Ea igit̄ q̄ de virtute scripta sunt: ita vt dictū
 est accipiēda cēseo. Cū aut p̄clarā facta maiorū: aut memo
 riā successione: aut poetarum: vel historicorū libris vsq; ad
 nra am q̄tatē cōseruata sunt: ne hui? quidē gn̄is vtilitatē negli
 gem?. vt ecce Pericles Atheniēsis cū eū quidā ex fori hoīb?
 opprobriis lacefferet: nihilo ē irat?: neq; aīo cōmot?: sed p
 vn̄uersum diē pseueratū est: cū ille nullo maledicto abstine
 ret: hic v̄o tanq; ea res nihil ad se p̄tineret cōtēneret: vespere
 autē iā facto & tenebris exortis: cū iurgator ille vir eo tēpo
 re abire vellet: Pericles famulo cū lumine accito p̄secut? est
 ipsum: vt sibi q̄ longa esset hęc ad philosophiā exercitatio.
 Itē cū quidā irat? Euclidī megarensi necē minaret/ idq; factu
 rū esse iuramēto firmaret: Euclides cōtra iurauit se profecto
 illū placatur/ effecturūq; ne sibi infensus foret. Quā opere

pprijs :
 legerem
 ego op=
 probrijs
 nā i gre
 cō est. cū
 dozi. qd
 est cōi=
 tiaretur.
 Ille vir
 legendū
 est vir. p
 q̄ in gre
 cō ē mo=
 lis.

precium est aliquod huiusmodi exemplū succurrere menti-
bus hoīm iā ira efferuētū. Tragoediæ enim nequaquā est cre-
dēdū dicēti In inimicos armabit ira manus. Sed potissimū
esset nullo modo irasci. Sin id fieri nō potest: at rationis fren-
no moderandū est: nec permittēdū longius efferri. Sed redu-
camus orationē nostrā ad clarorū virorū exēpla. Pulsauit
quispiā Socratē Sophronici filiū: facit eius petulātissime ce-
dēs. Socrates vero nō repugnauit: sed illius iræ petulātix se
permisit: donec ei vultus vndiq; tuber fieret: verū vbi ira il-
li satiata est: Socrates quidē nihil aliud egit/nisi q̄ frōti sue
inscripsit percussoris nomē: quēadmodum statuis fieri so-
let: ille inquit hoc opus effecit: nec vltērius vlcisci perrexit.
Hæc q̄ nris similia sunt perdisigna esse imitatione duco. Hoc
em̄ Socraticū illi nō cōuenit: qđ monet/vt pcutiētī maxil-
lam vnā: alterā porrigam? : tm̄ abest vt vlciscamur. Id autē
periculis aut euclidis simile est illi: quo monemur psequētes
expectare: & benigne iras illorū tolerare: & inimicis bona
precarī: nō aut maledicere. nā qui i illis erit præeruditus: his
postea præceptis nostris acquiescet: nec q̄si impossibilia sint
aspernabit. Haud sane pretereundū est Alexandri regis me-
morabile factū: quicū Darii filias captiuas haberet: mirum
immodū (vt ab oībus prædicabantur) formosas: ne videre
quidē voluit: turpe esse rat⁹ eos: qui viros vicissent: a mulie-
ribus superari. hoc illi nō conuenit/q̄ aspiciens mulierem
ad voluptatē: & si rem nō consumet: tm̄ quia id cōcupiuit in
corde suo/crimine nō caret. Illud autē clinix Pythagoræ fa-
miliaris difficile est credere: nō data opera sed fortuito nris
cōuenire: qui cū posset triū talentorū damnū iureiurādo si-
bi delato effugere: soluere quidē maluit q̄ iurare: quanq̄ si
ne perfurio id facere liceret. Audiuerat ille/vt tm̄hi quidē vi-
des/ pceptū dñi iuramēta vetātis. Sed redeo ad id qđ in prin-
cipio dicebā. Nō oīa nobis recipiēda sūt: sed tm̄ vtilia. Etenī
cū eos cibos: qui obesse pnt corpori: diligēter vitem⁹: absur-
dissimū est disciplinarū: qb⁹ aius alit: rōnē nullā habere: sed
tanq̄ torrēs aliq̄s q̄cumq; fors obtulerit sine delectu imerge-
re: & cū gubernator nō temere nauē ventis permittat: sed ad

Effecit.
In gre-
co est fa-
ciebat p̄
teriti im-
perfecti.

pulchra
sentētia.

Suber-
naculis
carētes
ī græco.
vt nauis
um ista
bilita sa
burra.

portum dirigit: & sagittarius ad signum: & faber & archi-
tectus finem aliquē suæ artis respiciat: nos ab eiusmodi opī
ficibus in cognoscendis rebus nostris superari volumus:
neq; enim manualium operum finis aliquis est/vitę autem
humanæ finis est nullus: quem intueantur hi qui bene vi-
uere querunt. q̄ si nulla ratione huc atq; illuc in vita iactare
mur: quid inter nos atq; rates gubernaculis carentes inte-
resset? Verum vt in musicis gymnificq; carminibus eorum
dem sunt exercitationes: quorum & præmia: nec vllus cū se
palestra aut pancratio exercuisset: lyra deinde aut tibia cer-
tat. neq; enim Polydamas id agebat nec Milō: sed alter ante
olympicū certamē currus sistebat currētes. Milō vero in cly-
peo vnctō stabat: neq; de pelli ab eo vlla vi poterat: sed resis-
tebat: non secus ac statua q̄dā plūbo affixa. q̄ si Marsię aut
Olympi musicā essent meditati: relicto puluere atq; gymna-
sio: sero coronas aut gloriam assecuti essent/aut effugissent
ne corpora sua derisui haberentur. Sed neq; Timothæus re-
licta musica sua in luctaminibus versabatur: neq; enim asse-
cutus fuisset vt cunctis musicis longe antecelleret: cui tantū
supererat artis: vt quoties libuisset: animos hominum & ve-
hementi acrimonia accenderet: & rursus mollī ac placida le-
niret: quippe cū aliquādo in Alexādrī cōuiuio eū cātū: quē
phrygiū appellāt/modularet: vsq; adeo regē excitaſse dicit̄
vt ad arma capiēda proſiliret: atq; iterū ad comeſſatores epu-
lasq; reduxisse modulatione mutata: tantas vires habet in
musicis gymnificq; certaminibus ad finē suū directā exer-
citatio. Sed quoniā in coronarum atq; pugilū mentionē in-
cidimus/psequamur aliquātis per in ea re. Porro illi quadā
incredibili laborū tolerantia vires adepti: cū infinitis sudo-
ribus in gymnasio manarint/innumerasq; plagas in exerci-
tatione tulerint/victū autem nō voluptariū neq; iocundū:
sed quem magister ludī perscripserit victitarint: & in ceteris
oibus ne orationē p̄trahā: ita instituti: vt vita ante certamē
acta: meditatio fuerit certaminis: tādē se nudāt in stadio: &
summo labore ac periculo dicertant/vt oleastri aut apsi/aut
eiusmodi corona donent̄/victorisq; a præcone buccinētur.

Nos vero quibus præmia vitæ n̄æ adeo mirabilia p̄posita sunt/vt neq; magnitudo eorum dici possit/neq; multitudo numerari: in vtrâq; aurē securi dormientes: altera manu capere posse credemus: Per multi sane esset inertia: & Sardana palus ille primas oīm partes in beatitudine ferret: vel Maragites forte: quē neq; aratorē: neq; fossorem neq; cuiusq; rei actorē fuisse Homerus ait: si vtiq; homero credendū est potius q̄ Pittaco: qui inquit arduū esse bonum existere. Multis enim laboribus susceptis vix eorū bonorū cōpotes fieri cōtingit: quorum nihil in hac vita esse simile paulo antedicebamus. Non igitur desidēdū est nobis nec pro breui voluptate maxime spes abiiciēde/ nisi velimus & cōiūtia pati/ & pœnas subire nō hīc apud hoīes: quanq; ne hoc quidem paruum recte sentienti/ sed aut sub terra: aut vbicūq; sint illa iudicia. Nam qui non ex voluntate delinquit: is forte alia qua dignabitur venia: qui autem ex proposito peiora eligit: nullam habet excusationem quin multiplici pœna afficiatur. Quid igitur faciendum est: dicet quispiam. Quid aliud q̄ curam animę habendum: cæteris omnibus pro nihilo habitis: Non ergo corpori seruiendum: nisi quantum summa cogit necessitas: sed anima bonis actibus imbuenda: & ex corporum vinculis ac passionum societate per philosophiam eximenda. illud præterea efficiendum est vt corpus laborum patientissimum sit. Venti autem non ad voluptatem: sed ad sustentationem porrigendum. nam qui semper cœnas atq; cocos mente cogitant: epularumq; gratia terras mariaq; perscrutantur: miserabili admodum seruitute premuntur: & grauissimo domino tributa pendunt: nihil leuius patientes: q̄ hī qui apud inferos pœnas dāt. vere ignem diuidentes: & cribro aquā ferentes: & per fossū vas implere anhelātes: nullū finē laborū habentes. Tōderi autē aut amicis vltra q̄ necessitas sit/ aut miserorū est secundum Diogenē: aut infuriorum. Itaq; occupatum esse in corporis ornatu nō minus turpe ducendū arbitror q̄ aut pellicē esse aut adulterum. Quid enim refert homini gnauo xerampelina amicitur an vili aliqua veste: dummodo corp̄

ab intemperie tutetur: quod & in cæteris seruandū est: ne quid
superuacuum moliamur: neque plus corpori tribuamus quæ aie
comodū sit. Neque enim minus turpe est viro: qui vere hoc co-
gnomine dignus existat: nimiam corporis curam habere: quæ ad
aliam quamvis passionem effeminatum esse. Omne porro studiū
ponere ut corpori quæ optime sit: hominis est seipsum ignoratis
nec intelligentis sapiens illud: quod non id quod cernit est homo: sed
opus est maiori sapientia / ut quisque nunc quid tandem ipse sit
possit agnoscere. verum enim vero id assequi non expiata prius
mente: impossibile est / quæ lippis oculis solè prospicere. expia-
tio autem aie fit (ut & breuiter simul & abunde vobis dicam) per
contemptum earum quas nobis sensus porrigunt voluptatum. Non
igitur oculi pascendi sunt absurdis spectaculorum miraculis. non
aspectu corporum voluptatis stimulos relinquendum. non per
aures sonus infundendus: qui animam corrumpere possit. nam
& nequitia & ignauia ex huiusmodi musica gignit solet: sed
ea musica recipienda est: qua versus David poeta sacrorum car-
minum / regem (ut ferunt) ab infania liberauit. Pythagoras etiam
cum iuuenibus quibusdam vino: fertis: saltuque per ciuitatem las-
ciuentibus obuiaret: iussisse dicitur ei quod modos tibia facie-
bat: ut mutata harmonia doricum personaret. quod vbi factum
est: bacchantes illos adeo respicuisse ferunt / ut ferta abicerent: &
rubore vultus verecundiam confessi domum abirent / tantum interest
corrupta aut salubri musica implere. Quam ob rem ab hac
quidem musica quæ nunc in vusu est / non secus abhorrendum vo-
bis censeo: quam a quavis foeditate. Iam vero eos vapores: qui
odoratu delectent aeri miscere: aut vnguentis perungi etiam in-
terdicere vobis erubesco. Quid dicendum est de his volu-
ptatibus: quæ gustu aut tactu fiunt: an dubitandum quin illa-
rum quoque eiusmodi sint: ut nisi quis eas caueat veteri ac foem-
ine seruire nos veluti pecora compellant: denique ut summam
dicam / vniuersum corpus despiciendum est / nisi in luto volu-
ptatum velimus submergi / aut certe tantum ei indulgendum /
ut philosophia (ut inquit Plato) ministerium prestare pos-
sit. Eadem ferme Platonis & paulus monet dum ait: non oportere
nos prouidentiam aliquam corporis habere ad voluptates: nam

hi qui corpus optime curāt/animā vero quę ei⁹ seruitio vt
debet/neglīgūt: nihil ab hīs differūt: qui vt organa q̄ op-
tima habeāt summo studio cōquirūt: artē vero cui⁹ gr̄a illa
organā sunt cōparata: despiciūt. Prorsus igit̄ cōtra seruādū
quādā bellū oportet: & eiusdē aduersus animā temerarios
mot⁹ rationis habena cohibere atq; sedare. nō aut̄ frena vo-
luptatū remittere: & aię curā abicere: & instar aurigę violē-
tia equorū tracti deferri: neq; pythagorę nō meminisse: q̄ cū
intelligeret quēdā ex familiarib⁹ cibis exquisitiorib⁹ vt pi-
guis fieret curare/hic inquit non cessat sibi carcerē molestio-
rē cōstruere: qd̄ gen⁹ molestiæ cū suspicaretur Plato corpo-
ri suo impēdere academiā infalubrē Atticiæ locū ferūt ex in-
dustria delegisse/ vt plusq; bona habitudo corporis ceu vi-
tis nimia luxuries ob eā rē amputaret̄. Ipse quoq; tā audi-
uī ex medicis summā corporis valitudinē p̄culosā esse. Cū
igit̄ hęc nimia indulgentia & ipsi corpori inutilis sit: & aię
impedimētum afferat: in ea se studium ponere manifestis-
sima est insania. q̄ si corp⁹ cōtemnere assuefacti essemus: pa-
rū cætera huius vitæ admiraremur. Quid em̄ tibi esset op⁹
diuitiis: si voluptates corporis aspernare: equidem nō vi-
deo: nisi forte quem iuaret (vt in fabulis de draconib⁹ fer-
tur) recōditos thesauros vigilando custodire. qui autem ad
hęc cōtemplāda ingenue eruditus esset: plurimū ab omni-
facinore & verbo & opere abhorreret: & quicquid vltra suf-
ficientiam foret / siue id lydia gleba esset / siue formicarum
auriferarum opus/ tanto magis despiceret/ quāto minus in-
digeret. Sufficientia autem ipsa non libidine voluptatum.
sed naturæ necessitate definienda est. nam qui excedunt ne-
cessitatis terminos / similes sunt hīs qui præcipites deferūt
tur/nihil stabile inuenientes vbi possint consistere: nullum
terminū præcipationis habentes: sed quāto plura amplex-
tuntur: tantidē aut etiā pluris indigent ad voluptates im-
plēdas. Diuitiarū enim (vt ait Solō) nullus est terminus. ve-
rū ad eā rē. Theognide magistro vtēdū est: q̄ ita inqt. Neq;
diuitias cupio: neq; voto p̄cor/sed mihi cōtingat ex paruo

Græca
līsa habz
he⁹ inqt
nō cessa-
bis diffi-
ciliozē ti-
bi p̄stru-
ens car-
cerem.

Pythie
missa. in
greco ē
Pythie
missi.
nomē p
pūū : vt
apparet

vitā agere omni carēte molestia. porro nō sine beneuolētia
quadā mihi in mētem venit Diogenes humana oīa simul
cōtemnēs: qui magno rege ditiorē se prædicabat. q̄ ipse vt
delicet paucorū idigeret. At nobis nisi Pythiē missa adsint
talēta: & in finita soli iugera: & numerosa armētōꝝ examina
nihil sat erit. oportet autē (vt ego quidē arbitror) nec absētēs
diuitias optare: neq; p̄ntibus gloriarī: nisi q̄ntū scias vtī. Sa
piētē enim Socrates: qui cū videret hoīem diuitiis affluen
tē: eaq; de causa fastu quodā gloriabūdū videret: nō pri⁹ in
quit te admirabor/ q̄ notū mihi fuerit q̄ pacto scias vtī for
tunis tuis. An vero Phidias Polycletusq; si auro aut ebore
gloriatī essent/ ex quib⁹ alter elīētib⁹ Iouē: alter Iunonē ar
giuis effinxit: ridiculi haberent/ aliena bona sibi gloriā fo
re putātes/ p̄priā vero artē/ qua illud aurū p̄ciosius factū est:
silentio pretereūtes? Nos autē humanā virtutē nō satis deco
ris ipsam p̄ se habere arbitrātes: minori rēphēsiōne dignos
esse putābimus? At diuitias quidē cōtēnem⁹: & voluptates
despiciemus. verū blanditiās & adulationes sectābimur/ &
archilochē vulpis calliditate multiplicitateq; gaudebim⁹.
At nihil est q̄ eque fugere debeat sapiens: q̄ ad ostēsiōnē
viuere: & populares auras sequi/ non autē verā rationē vsq;
adeo ducē viuēdi habere: vt etiā si vna hoīes reclamēt: ni
hil mutet eorū: quæ recte instituerat: etiā si in famiā vel peri
cula subire pro recte factis necesse sit. Nā qui aliter institut⁹
est: is nihil differre videt ab egyptio Sophista: qui & arbor
siebat: & aqua: & fera: & qcquid liberet. Si quidē ipse quoq;
modo laudabit iusticiā: si id placere audiētib⁹ intelliget. mo
do eā vituperabit: si is apud quos loquit̄ iniurias esse gra
tas cognoscet: & qd̄ p̄priū assentatorū est/ vt polyp⁹ ad spe
ciē subiecti soli colorē mutat: ita & ipse ad voluptatē audie
tū variabit sentētīā. Sed hæc in nostris libris: addiscem⁹ per
fecti⁹. in præsentia vero vmbra aliquā virtutis descripsim⁹
ex his extraneis doctrinis. Qui em̄ diligētē e quauis re col
ligant vtilitatem & si minutatim id agant: tū vt magna flu
mina multa ex multis locis accipiunt incrementa. Nā id qd̄
inquit poeta. si parū paruo addas: idq; frequētē facias: nō

ad pecuniæ dūtaxat augmentum recte dictum fuisse putan-
dum est: sed ad cuiusuis scientiæ. Bias quidā igitur vnus ex
septē sapiētibus: filio suo ad ægyptios proficiscēti rogātūq;
patrē quidnā agendo maxime gratū faceret: viaticum (in-
quit) ad senectutē cōpares: virtutē nimirū pro viaticō intel-
ligens. Sed arctiorib⁹ terminis illā circūscribēs/ vt pote qui
ei⁹ vtilitatē hūanæ vitæ spacio definiuit. Ego autē siue quis
Tithoni senectutē: siue viuacissimi apud nros Mathusalē:
qui mille annos min⁹ triginta dicitur vixisse: si deniq; vni-
uersum tēpus ex quo fuerunt hoīes metiat: ridebo puerilē
eius sententiā: cōtemplās lōgū & insensibile sæculū/quod
quidē tale est/vt quēadmodū immortalis animę ita & illius
sæculi nullū finē mens possit cōcipere. Ad quod vt viaticū
parem⁹: omnis lapī vt dicūt mouēdus est: vnde aliqua vti-
litas ad eā rē sit nobis futura. Nō igitur quia ardua sunt hæc
& laboriosa idcirco torpescemus. Sed memores illius sentē-
tię: oportere videlicet vnūquēq; vitā probatissimā eligere:
expectare autē vt cōsuetudo faciat illam iocundā atq; dulcē
videri: ea assequi aggrediemur. turpe est enī cum tempus
per secordiā abierit: tūc demū illud reuocare. cū præter do-
lorē nihil sit amplius vocātū rediturū. Ego igitur quæ op-
tima esse rebar: partim nūc vos admonui: partim omni vi-
tæ tēpore admonebo. Vos autē cum tria sint morborū ge-
nera/vt inā ne vos ei similes præstetis/ qđ insanabile est/ne
ita mēte ægrotetis vt plærīq; solēt corpore ægrotare. nā hi
qui parua ægritudine angunt: ipsi pficiscunt ad medicos:
qui vero grauiori morbo premunt / ad se curātes accersūt.
At hi qui in atrā bilem insanabiliter transuecti sunt: nec ve-
nientes quidē medicos recipiunt. Quod vos non patiamini
nūc nunc recta consilia aspernantes. Valetē in xp̄o.

FINIS.

Complutū in ædibus Michaelis de Egua.
Anno. M. D. XXVI. die vero
decimo sexto Aprilis.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

FINIS

Complément des Mémoires de l'Académie
Année M.D.CXXVI
Paris chez les Libraires